Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37127
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ad Precipa Et aliud Orabat

Initio d. d. Ego sum vitis vera et pater meus agricola omne palmitem in me non ferentem fructum tollet eum et omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis Manete in me et ego in vobis Sicut palmites non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite sic nec vos nisi in me manseritis Ego sum vitis vos palmites et cetera ut supra usque huc Et fiet vobis Off Letentur in domino et exultent omnes qui querunt te alleluia

Gradiente usque in domino et mitis erit collaudabo te

Tractus de apostolis aut uno martire tpe lxx

Desiderium animae eius tribuisti ei et voluntate labiorum eius non fraudasti eum V Quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis V Posuisti super caput eius coronam de lapide pretioso Alius tractus de eodem non martire

Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cuius mis V potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur V Gloria et divitiae in domo eius et iustitia eius manet in seculum seculi De sancta semina tractus

Audi filia et vide et inclina aurem tuam quoniam concupivit rex speciem tuam V Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis filie regum in munere tuo V Adducentur regi virgines post eam proximae eius offerentur tibi V Adducentur in letitia et exultatione adducentur in templum regis

Qui seminant in lacrimis in gaudio metent V Euntes ibant et flebant mittentes semina sua V Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos

Dum secundum

verbum